



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui nocturna sacrificia dæmonum celebrauerint. xxxi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui sortes sanctorum requirunt. Cap. XXVII.

*Ex concil.
Agathē.
cap. 3.*

Nec illud est prætereundum, quod maxime fidem religionis infestat, quod aliqui clerici vel laici studium auguriis, & sub nomine fictæ religionis, quàm sortes sanctorum vocant, diuinationis scientiã profitentur, aut quorumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. Quicumque clericus, vel laicus in eo detectus fuerit, etiam consulere, vel docere, ab Ecclesia eiiciatur.

De illis maleficis, qui sperant se mentes hominum peruertere posse. Cap. XXVIII.

Ex pœnitentiāli Romano.

Malefici vel incantatores, vel immissores temporum, vel qui per inuocationem demonum mentes hominum perturbant, anathematizati abiiciantur: si emendare voluerint, clerici tres annos, laici vnum annum pœniteant.

De eadem re. Cap. XXIX.

*Ex cõcil.
Agathē.
cap. 4.*

Perquirendum si aliqua fœmina sit, quæ per quosdam maleficia & incantationes, mentes hominum se mutare posse dicat, id est, vt de odio in amorem, aut de amore in odium conuertat, aut bona hominum, aut damnet, aut subripiat. Et si aliqua est quæ se dicat cum demonum turba, in similitudinem mulierum transformata, noctis noctibus equitare super quasdam bestias, & in eorum consortio adnumeratam esse, hæc talis omnimodis seque correpta, ex parochia eiiciatur.

De illis qui ad suas vanitates perficiendas demones inuocant. Cap. XXX.

Ex pœnitentiāli Bedæ presbyteri.

Quicumque pro curiositate futurorũ, vel inuocatione demonũ, vel diuinos quos ariolos appellat, vel inspicies qui auguria colligunt, cõsuluerint, clerici omni officio remoti, tres annos, laici duos annos pœniteant.

De illis qui nocturna sacrificia demonum celebrauerint. Cap. XXXI.

Ex pœnitentiāli Romano.

Quicumque nocturna sacrificia demonum celebrauerint, vel incantationibus demones quacunque nominis sua vota inuitauerint, tres annos pœniteant.

De illis qui ad arbores, vel ad fontes aliqua vota uerunt. Cap. XXXII.

*Ex cõcil.
Agatensi,
cap. 5.*

Perscrutandum si aliquis vota ad arbores, vel ad fontes, vel ad lapides quosdam quasi ad altaria faciat, aut